

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XVIII. De Raptv.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

macula immunis est *c*), atque (2) eodem iudicio, quo aliæ stupratæ (§. CLXXVI. seq.) uti potest. Num uero (3) *sertum* gerere liceat ei? disputabitur, quamdiu decori uariabit ratio.

TIT. XVIII.

DE RAPTU.

§. CCXXXIII.

Raptus est uiolenta honestæ personæ al-terius sexus deductio de loco in locum, animo libidinem explendi facta. -Raptus, seu

§. CCXXXIV.

Vnde hoc deriuo axioma:

Raptum constituunt (1) deductio honestæ personæ alterius sexus, (2) uis adhibita, & (3) deducens animus libidinem explendi.

§. CCXXXV.

Quum raptus sit deductio personæ honestæ alterius sexus (§. pr. 1.): consequitur (1) ut tam femina masculum *d*), quam masculus feminam rapere possit; (2) ut nulla diuitiarum, natiuitatis, gradus uel dignitatis, sed solius honestatis personæ deductæ, ratio sit habenda, sicque (3) meretrix proprie rapi nequeat *e*); (4) ut, *Engau lus Crimin.* I abdu-

c) BEYER ad C. C. *re connub.* II, 23, 2.
 art. 119. *pos.* 8. *e*) C. C. art. 118. ubi u.
d) BROUWER *de iu.* Unverläumde.

abductione impedita, raptus non nisi *attentatus* dicatur (§. XXXIV, 4.) f)

§. CCXXXVI.

adhibita ui
&

Sine ui non datur raptus (§. CCXXXIV, 2.). Hinc raptus (1) *deest*, ubi femina sui iuris sola, aut femina alieni iuris adstante eo, in cuius potestate est, in abductionem consensit; (2) *commisus non presumitur*, ubi femina de loco in locum deducta, (a) quæ sui iuris est, deducenti se stuprandam iamdum sciens uolensque exhibuit, & (b) quæ alieni iuris est, consensit in deductionem, quam cognitam non impediuerunt parentes; (3) *commisus est* (a) ubi femina dissentiens consentientibus, aut consentiens dissentientibus g), parentibus, iisue, qui parentum loco sunt b), de loco in locum libidinis explendæ gratia deducta est; (b) ubi raptor raptæ consensum extorsit ui, insidiis, dolosis blanditiis aliisque artibus i).

§. CCXXXVII.

animo libi-
dinem ex-
plendi fa-
cta,

Quia raptum constituit deducentis animus libidinem explendi (§. CCXXXIV, 3.): colligo, (1) raptorem uix posse dici, qui

f) DANHOVDER *pr. crim. c. 95. nr. 15.*

b) *Ord. Crim. Austr. a. 78.*

g) BOSS *tr. crim. h. nr. 18. BLUMBLACHER ad C. C. art. 118. nr. 2.*

i) *Flach de priuat. & publ. delictis d. IX. §. 57. Ill. BOEHMER I. E. P. V, 17, 143.*

qui *lucri pecuniarii, religionis, tutelæ, militiæ* causa honestam personam de loco in locum deduxit *k*); (2) raptum consummatum esse, statim atque raptor cum præda abiit, multo magis itaque (3) ubi puellam uitiaturus ad ultimum scele-
ris gradum peruenire uix potuit *, *uel* quod impeditus fuerit, *uel* quod facili pœnitentia aliaue ratione ductus sponte abstinuerit *l*).

* Iure Iustiniano coitum requiri, ex *un. C. de rapt.*, ubi uerba: *quum uirginitas uel castitas corrupta restitui non possit*, colligunt Dd. Quam interpretationem prudentum sequuntur *Bad. L. R. VII, 41, 2. seq. Chur = Pf. Mal. R. tit. 34. Oester. peinl. Landg. O. art. 78. §. 5.*

§. CCXXXVIII.

Raptus, ubi dolo factus, in crimini-
bus est. Hinc raptus criminis reus non
erit, (1) qui uel *rationis* usu uel *uolunta-*
tis libertate destitutus inuitam, aut (2)
sciens uolensque illam, quam sui iuris
esse & in raptum consentire putabat (§.
XXXVI.), quamue pedem ex uita mere-
tricia retulisse plane ignorabat, rapuit.

quandoque
crimen est

§. CCXXXIX.

Crimen raptus gladius uindicat *m*), siue
I 2
mafcu-
pœna gla-
dii luen-
dum, quæ.

k) *KRESS ad C. C. C. m. 451. STRVV disp. art. 118. §. 5. crim. IX. th. 22.*

i) *MATTHÆI de m) a. C. C. C. art. crimin. XLVIII, 4, 6. p. 118.*

masculus rapuerit siue femina *n*) *.

* Olim pœna a raptoribus sumenda pecuniaria erat ex dispositione *L. Alamann.* tit. LVII. *Frisionum* IX, 8. *Saxonum* VI, 2. 3. X. *Baiuuar.* VII, 6, 7. *Burgund.* XII. *Ripuar.* XXXIV. *Anglion.* X, 1. 5. Puerum tamen regis & litum, ingenuæ præsertim filia domini raptorem, uita priuari iusserunt *L. Salica* tit. XIV, 6. *Edictum R. Theod.* §. 17 & *Capitul. de part. Sax.* c. 11. *L. Wisigoth.* III, 3, 1. uolunt raptorem (a) ei, cui uiolentus fuit, tradi, (b) CC. insuper flagellis uapulare, (c) in perpetuam seruitutem addici uel ipsi uirgini raptæ, uel illius parentibus. Media ætate diruebantur *ædes*, ubi, & occidebantur *animalia*, quibus præsentibus, raptus commissus erat. *I. P. S.* III, 1.

§. CCXL.

mox
exasperan-
da

Quæ tamen pœna exasperatur, & cadauer in terrorem aliorum rotæ imponitur (1) ubi cum doloso raptu concurrit *homicidium*, aut (2) uiolata *sanctitas*, uel personæ uel loco data; (3) ubi *plures* una raptæ sunt (§. LV. seq.) &c. o)

§. CCXLI.

mox
mitiganda.

Contra ordinariâ pœna (§. CXXXIX.) remittitur, & extraordinariæ locus datur (1) ubi raptus tantum *attemptatus* est (§. CCXXXV, 4. LXXXIX.) p); (2) ubi uel mere-

n) MATTHÆI c. I. p. 445. seq. KRESS ad c. art. §. f. COLER p. II. dec. 76.

o) *Consil. Argent.* Vol. II. conf. 64.

p) *Diff. RICHTER* p. VI. conf. 15. nr. 7.

meretrix adhibita ui (§. CCXXXV, 3.) *q*), uel honesta sine ui (§. CCXXXVI, 2.), deducta fuit *r*); (3) ubi raptor uel in ætate minore constitutus (§. CCXLVIII, 1.), uel ex alia atque libidinis explendæ causa (§. CCXXXVII.), raptum commisit; (4) ubi rapta nuptias raptoris petit*, easque petere potest, neutiquam uero (5) ob ætatem raptæ nondum nubilem *s*), aut (6) intercessionem a raptoris coniuge factam, aut (7) occasionem cum rapta concumbendi lubenter perditam *t*) &c. nisi lex prouincialis uelit aliud (§. CCXXXVII. *).

* Olim nuptias inter raptorem & raptam prohibebant *L. Wisig.* III, 3, 1. *Capitul.* IV, 22. etiam tunc, ubi parentes raptæ feminæ in coniugium consenserant *Capit.* VI, 95. VII, 311.; permittebant contra Saxones & Alemanni *L. Sax.* VI, 3. IX. ibique GAERTNER, *L. Alamann.* LII. Hodie illas, quatenus ab incestu alienæ sunt, ubique permittimus, ast in solius raptæ fauorem. Hinc raptor, cuius matrimonium respuit rapta, ultimum supplicium uix effugere potest.

§. CCXLII.

Qui necessario *consilio* uel *auxilio* ad ^{Raptorum} ipsum raptum concurrerunt, aut raptori ^{focii.}

I 3

armati

q) THEODORICI
c. l. p. 884.

r) CLASEN ad art.
118. p. m. 363. HEIL. *iud.*
& *defens.* c. VI. §. 26.

s) Diff. COLER *de-*
cif. germ. 176. nr. 46.

75.
t) Diff. BEYER ad
art. 118. pos. 7.



armati adstiterunt, dolo malo, plectuntur capite, masculi sint an feminæ. Reliqui raptoris socii pro ratione admissi coercentur *u*). Sic qui raptorem patrem suum *receptavit*, nunquam ordinaria, plerumque extraordinaria, & quandoque nulla, pœna adfitur.

§. CCXLIII.

Rapta.

Femina, quæ cum raptore de raptu *consensit*, carceris uel alia extraordinaria; quæ uero *dissensit*, nulla pœna coercentur *x*).

§. CCXLIV.

Iura provincialia.

I. P. BADENSI capitalis pœna remittitur *raptorum sociis*, qui cum rapta simul non concubuerunt *y*). I. LVBECENSI *raptor*, cuius nuptias petit rapta XVI. a. maior, extra ordinem punitur, & *rapta*, quæ cum raptore de raptu consensit, priuatur hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur *z*). I. MVLHVSINO *raptores* non nisi relegationis perpetuæ pœna manent *a*).

§. CCXLV.

u) KRESS ad c. art. differ. p. 209.
 §. 8. Frölich v. Frölichsburg p. II. p. 249. nr. 2.
x) Const. Wurt. 1586. §. 25. I. P. Badense VII, 41. pr. LAVTERBACH I. comm. & Wurtenb. differ. p. 209.
y) Bad. L. X. VII, 41, 2. seq.
z) I. Lub. IV, 7, 2. ibique MEVIUS nr. 4.
a) Statuta der St. Mühlhausen V, 22, 2.

§. CCXLV.

Raptorem illiusque socium in flagranti vindicta crimine deprehensum *occidere*, licet rapiuata, p^{at}ræ patri maritoque. Præterea raptoris, liberos non habentis, *bona* sibi addici, rapta de I. Ro. *b*) petere potest, non autem hodierno.

TIT. XIX.

DE SODOMIA.

§. CCXLVI.

Sodomia est coitus contra naturam illius- Sodomiam que ordinem admittit.

§. CCXLVII.

Diuiditur in eam, quæ *contra naturam* quamcunq; generis, eam, quæ *contra naturam* *sexus*, que, & eam, quæ *contra naturæ ordinem* committitur. *Ista* est, ubi homo cum bruto rem nefandam habet; *illa*, ubi masculus cum masculo, aut femina cum femina concumbit; *hæc* uero, ubi masculus cum femina præposteram uenerem exercet, remque non fert in uas ordinarium *c*).

§. CCXLVIII.

Regula: quod feminis demum immis- etiam sine sione consummentur carnis crimina (§. feminis im- CLXII, 1.), hic deliquium suum patitur. missione commif- Itaque sam,

I 4

b) Nou. 143, 150.

c) THEODORICI c. I. c. VI. aph. 5. nr. 26.